



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

De Verbo Dei, Deque Totius Operis Methodo Acratione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

DE VERBO DEI, DEQUE TOTIUS OPERIS METHODO AC RATIONE.

FRATRI NICOLAO SPERANZÆ,
Prædicatorij Ordinis Alumno,

JOSEPHVS SPERANZA, ORATORII
Fanensis Presbyter, S.D.



QUÆ tibi, iteratis precibus efflagitanti, hoc jam elapso biennio elucubravi, in signum amoris in te mei, nunc tandem accipe. Scripturas has tibi sacras selegi, ut eas tibi primùm animo mediteris, quas postmodùm & aliis prædicaturus valeas prædicare: Evangelico enim Prædicatori, ut verè fatear, non nisi purum Evangelium, sacramque Scripturam, nullà ex parte adulteratam, post orationem populo prædicandam, constans ea mihi semper fuit opinio. Ille in sancta Ecclesia doctus Prædicator existit, inquit sanctissimus simul, ac gravissimus Concionator Gregorius, qui *Et nova scit proferre de sua vitate regni, Et vetusta de terrore supplicij, ut vel poena terreat, quos premia non invitant.* Hocque veluti præcipuum Concionum thema Apostolis omnibus Christum dedisse testatur Petrus: *Præcepit, inquit, nobis prædicare populo, & testificari. Quid ò Petre? Quia ipse est, qui constitutus est à Deo Iudex vivorum, & mortuorum.* Hinc Apostolus Gentium Prædicator, non Gentium fabulas, sed Evangelium Gentibus prædicabat. Nos autem prædicamus Christum crucifixum: *Et sermo meus (privatus, ac familiaris) & prædicatio mea (publica, ut hic D. Thom. distinguit,) non in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis, hoc est, non in coloribus hinc mundi rhetoricis, sed in ipsa virtute spiritus sita est.* Et supra jam dixerat: *Non misit me D. Thom. ibid. Christus baptizare, sed evangelizare.* Quonam modo, ò Apostole? Audi: *Non in sapientia verbi, ut non evacuatur Crux Christi, scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo.* Et: *Vbi sapiens? nimirum Philosophus. Vbi Scriba? Græcè, Græcè Πρῶτος μαθητής, Professor Grammatices, Poëtarumque prælector, & interpretæ. Sic Cy. Cyrillus, rillus. Vbi inquisitor hujus sæculi? aut similiter Græcè, Disputator hujus sæculi? q. d. hi omnes ad Evangelij prædicationem non faciunt. Non enim sumus, ut jam dixerat, sicut plurimi adulterantes verbum Dei, (aut juxta alios, cauponantes verbum Dei, ut dici possit. Vinum Is. 1. suum mixtum est aqua, aut Græcè, Cauponæ tui miscent vinum aqua) sed ex sinceritate, sed sicut Sept. ex Deo, coram Deo in Christo loquimur.*

O quam id rectè sentiebat Sanctissimus Pater tuus, istiusmodi Prædicatorij Ordinis Author, & Magister, qui D. Pauli Epistolæ, sacrosanctumque Christi Domini

Speranza Scripturæ selecta.

§§

S. Dominicus
Evan-

*T. adin. Castil.
S. Bon. p. 1. l. 1.
658.*

*Psal. 118.
Concionibus
non miscenda
fabula.
Hebr.*

*2. Tim. 4.
2. Petr. 1.
Hier. in c. 3.
ad Gal.
Tertul. in Apol.*

Jerem. 1.

*Isa. 6.
Prædicator con-
cionando non
flores, sed fru-
ctum adferre
sudeat.*

*Psal. 91.
D. Hieron.
D. August.
Prædicatori pa-
tientia neces-
saria.
Prædicatores
vani laudari
magis dicta
sua, quam
feri optant.
Osee 10.
Isa. 27.
Apoal. 14.*

Evangelium, præsertim secundum Matthæum, semper præ manibus habens, illud ad eò in memoriâ servabat, ut absque ulla memoriæ labe memoriter redderet, eoque pro libro quotidianis in concionibus uteretur: nec unquam hujusmodi in munere vir Dei, vel semel miscuit sacra profanis, sed quæ divinitus acceperat verba, ab ignito illo peccatore depromebat, Prædicatores suos semper adhortans, sacros ut evolverent libros, ex quorum lectione, ut dicebat, meliora, longèque præstantiora, quàm ex omnibus mundi Philosophis, Oratoribus, ac Poëtis invenirent.

Quàm me iudice, falluntur, qui fabellas sacris in concionibus enarrant! *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.* Heb. *Foderunt mihi superbi fabulationes, vel foveas, quæ non erant juxta legem tuâ.* Divinitus certè dictû, foderunt, hoc est, eruerunt, adinveneruntque eas sub terrâ: nimirum ad prurimum aurium: *Foderunt mihi fabulationes, vel foveas.* Ecquid est aliud, hujusmodi fabulationes narrare, quàm ad capiendas animas foveas fodere? Quos optimè iniquos, & superbos appellat, quòd cum tantarum animarum jacturâ non Sanctorum Patrum vestigiis, sed propriis ingenij sensibus inhæreant. *Sed non ut lex tua,* hoc est, horum fabellæ non sunt certè, nec esse possunt, veluti lex tua, & verba tua, vera scilicet, ac solida; sed sunt prorsus inanes, sed aniles, ut dixit Paulus, sed indoctæ, ut dixit Petrus: quippe quæ non nisi eruditam quandam sapiunt vanitatem, ut appositè dixit Hieron. Non eget, Frater, non eget fabellis verbum Dei, quin his præsertim, ut ait Tertul. enervatur: non eget hisce mundi ineptiis, ac fucis, sed suam à se ipsò vim habet, ac venustatem. Mundi floribus evangelico Prædicatori non est opus.

Hoc idem visus est aliquando sensisse & Jeremias, in concionando scilicet artem, eloquentiam, florèque desiderari: *A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui.* q. d. Prædicatorem me quæris, sed ego flores non habeo. Cui Deus: *Fructum, non flores requiro.* *Ecce dedi verba mea in ore tuo, & c. ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & adhi- es, & plantes, non flores prædices.* Sic Isaiæ mundata sunt labia, à sæculari videlicet eloquentiâ, & à vernaculâ linguâ, quam in aula Regis inter aulicos didicit, à mundi floribus, quos propterea Seraphim ignito carbone de altari ablato exsiccat, atque adussit. Ubi licet ad veras, quàm prompto postmodum animo se se obtulit Deo dicenti: *Quem mittam, & quis ibit nobis? Ecce, inquit, ego, mitte me.* Sed heus tu, o Propheta, cur non te unquam antea obtulisti? Quia flores linguam continebant, nec ornabant, sed ligabant, nunc libere loquuturam: *Ecce ego, ait, mitte me.* O utinam, alienum hoc esset à veritate, mi Frater! Studet ille floribus, linguæ politorum, emblematicis, hieroglyphicis. Dicat tunc temporis Deus, dicat Superior: *Quem mittam, & quis ibit nobis? Obstrictus ille floribus suis, ac innodatus, Timet, horret, tempus requirit.* O si Seraphim ejus linguam tangeret! O si luxuriantem illam facundiam siccaret, quàm hilari vultu quovis tempore promptus diceret! *Ecce ego, mitte me!* O quantâ animi alacritate id dicere valet, qui non de flosculis, sed de fructu laborat! Egregius ille Concionator in Psal. *Benè, inquit, patientes erunt, ut annuncient, & c.* D. Hieron. *Fructificabunt, ut annuncient.* D. August. *Iucundi erunt, ut annuncient.* Miræ lectiones Vulgata: *Benè patientes.* Et certè patientia Concionatori perneccessaria, tum antea, tum postea, tum in ipsamet concione Hieron. *fructificabunt, non florebut, non frondescent.* August. *Iucundi erunt.* Est quidem divinum hoc munus hilariter subeundam. Sed quosdam videre est tristes, fatigatos, cadentes sub onere, dolentes. Unde? Quia flores stulto labore in suâ frigidioris spiritus hyeme sectantur. Hi juxta Prosperum, studio-sius eloquentiam volunt curare, quàm vitam, dicta sua cupiunt magis laudari, quàm fieri, non sunt de sanctitate operis, sed de sermonis elucubrati venustate solliciti, qui in modum tinnientis cymbali præclara magis quæque appetunt sonare, quàm facere. Osee 10. *Vitis frondosa, Israel, fructus adæquatus est ei. Iste, iste, inquit Deus, est omnis fructus, ut auferatur peccatum, non ut aures pascantur.* Fructus vitæ sunt verba Dei, non folia. Bernardus. Mirum quàm efficacia sint Dei verba, vel sic simpliciter prolata! Refert Joan. in Apoc. ad brevem illius Angeli sermonem, Babylonem magnam illam civitatem funditus corruisse. Cupis conceptus Angeli au dire? Audi: *Time te Dominum, inquit, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius, & adorare eum, qui fecit calicem, & terram, mare, & fontes aquarum.*

aguarum. Nec plura? Nequaquam. Qui fieri potest, ut Angelus Paradisi flores, & verba Dei non habeat? Ut lingua angelica non sit florida? Audis quatuor hæc verba simplicia, sed quamvis simpliciter prolata, sunt per-
efficacia, sed plena, sed ignea, & quid non effecerunt? Et alius Angelus secutus est di-
cens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna O miram divini verbi virtutem! ut Babylonem ad-
terram prosterneat! Quid est, quod plerique Babylonem nec concutiunt, sed adhuc ad eo-
rum verba Babylon manent? Quia floribus eam aggrediuntur, & in eam non tam igneos
verborum Dei globos explodunt, quam elegantissimarum dictionum flores consper-
gunt, sed ægelo pectore verba flammantia non exeunt, & quid non ardet, non incendit
Gregor.

Hos irridet Dominus per Prophetam inquitens: *Date florem Moab, date florem Moab. Jerem. 48.*
Quasi dicat: Eia floribus expugnate, & capite eam. Dein zelo ardens: *Maledictus, ait, qui Lyran.*
facit opus Dei (Lyran. destructionem Moab) *fraudulenter. Interlin. Vel pro corporalis rei Interl.*
præmio, vel pro laudis verbo, vel humani iudicii gratiâ. *Et maledictus, qui prohibet gla. D. Greg. in*
dium suum à sanguine. *Interl. Verbum Dei ab interfectione carnalis vitæ. Sic Greg. Gla- Past. 3. part.*
dium à sanguine prohibere, est, prædicationis verbum à carnalis vitæ infectione re- *num. 26.*
tinere, de quo dicitur: *Gladius meus devorabit carnes. Et quædamna ex hisce floribus eve- Predicator flo-*
niant, quæve pœna eos maneat, qui floribus delectantur, superiora jam verba decla- *ribus oblectare*
rant. *Pro eo, quod habuisti fiduciam in munitioibus tuis (dialecticis disputationibus) & in tantum stu-*
thesauris tuis (sapientiæ sæcularis, vel memoriæ) *tu quoque capieris. Et veniet prædo ad omnem dens, maledi-*
urbem, & urbs nulla salvabitur. Nec mirum: Venit enim hujusmodi Prædicator, ut propriâ *ctus.*
prædetur gloriolam, non ut quæstus faciat animarum. Angelus jam prædictus Evange- *Interl.*
lium habebat in manu, non flores in ore, idcirco, Frater, ad quatuor ejus verba Babylon *Apocal. 14.*
illa magna cecidisse narratur. Quid mirum, si ad nostram prædicationem mœnia nulla
corrunt, turris nulla, Jericho nulla, nulla Babylon cadit? Quia flores, non Evangelium
prædicamus, quia dicimus, nec facimus. Hæc mundi perditio est. Jonas à Deo ad prædi- *Ionas.*
candum missus, ac ventris illius ceti delatus navigio, quid, quæso, prædicavit, ut perdi-
tam illam civitatem converteret? Quatuor hæc simplicia verba: *Adhuc quadraginta dies,*
& *Ninive subvertetur.* Hisque probatum dedit, quod apud Jerem. c. 23. v. 29. Dominus
ait: *Nonne verba mea sunt veluti malleus conterens petras? 2. Esdræ. Congregatus est omnis po-*
pulus, quasi vir unus ad plateam, quæ est ante portam aquarum, & dixerunt Esdræ Scriba, ut af- *2. Esdr. 8.*
ferret librum legis Moysi. *Attulit ergo coram multitudine, & legit in eo apertè in plateâ de mane*
usque ad mediam diem. (O audientium sitis, & patientia!) Et quis inde fructus? Ille, quem
Hieron. post concionem optabat, tot scilicet lachrymarum profusio secuta est, ut Leviticæ
coacti fuerint surgere, & clamare: *Dies sanctificatus est, nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim*
populus, cum audiret verba legis. Audis, quantæ sit ex se efficaciam verbum Dei? O nos misere-
ros, qui verbum Dei sine floribus non prædicamus, nec sine floribus libenter audimus!
Indignatio Dei, flagellum Dei, Frater. Per Isaiam ut minatur! *Ecce Dominus auferet à Ierusalem, & à Iuda omne robur panis. Ubi nota, nequaquam dicere panem, sed robur, substantiamque panis: q. d. panem utique habebitis, sed sine substantia: non enim habebit aliud, quam accidentia, candorem videlicet, levitatem odorem: his pascemini. Crescitis certè in virum perfectum. En quod jam auditorum nausea, & fastidium devenit, cogit enim, sic dixerim, Prædicatores huc, illucque cursitare, ut cibos, quos nauseabundi degustent, valeant comparare. Hinc vel ex Egypto adferunt hieroglyphica, ex illâ Aca- Prædicatores*
demia stemma, sive quam illi vocant Impresam, ex aliâ descriptionem, ex illâ emblemata, *velut cogun-*
ex alterâ flosculum. O levitate! *Onus, onus verbi Domini. Onus Domini, non pœses, non narrare.*
flores. Sed heu! Prædicatores, quasi dixerim, coguntur fabulas narrare, secus auditores *Zach. 9.*
nolunt audire. *Erit enim tempus (prævidit infelix hoc tempus Gentium ille Prædicator) Malach. 1.*
cum sanam doctrinam non suscinebunt, sed ad sua desideria concervabunt sibi magistros, prurientes *2. Tim. 4.*
auribus, & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu verè opus *fac Evangelista, & ministerium tuum imple. O si tantâ attentione verbum Dei audirent, quantâ fabellas audiunt! Vnam petitionem postulo a vobis, inquit aliquando ad suos audi-*
tores Gedeon, *date mihi in aures ex prædâ vestrâ, hoc est, eandem mihi, quam olim mundo, Iudic. 8.*
aurem

Origen. hom.
13 in Exod.

aurē praebe. Origenes egregiè quidem: Mulieres illae, quae suas in aures obtulerunt, ut fieret vitulus, insipientes erant, quae à veritate quidem averterunt auditum, ad fabulas autem converterunt.

D. Hier. 3.
ad Gal.

Plorat Hieron. Heu! ad auditoria convenitur, ut oratio rhetoricae artis fucata mendacio quasi quaedam meretricula procedat in publicum, non tam eruditura populos, quam favorem populi quaesitura, & in modum psalterij, & tibiae dulcè canentis, sensus demulceat auditorium, ut verè illud Ezechielis nostris temporibus possit aptari, dicente Domino ad eum: *Et factus es eis quasi vox citharae, suavis ementis, & bene composita, & audiunt verbatum, & non faciunt ea.*

Ezech. 33.

Surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi sacula ardens. O utinam nunc Eliae perfimiles surgerent, quorum verba sicut faces arderent! arderent plane & auditorum corda, non frigerent.

Tit. 1.
1. Cor. 15.

Sed inquit eum eodem Hieron. epist. ad Magnum Oratorem urbis Romae, qui hoc idem ei veluti crimen objecerat, quod in Opusculis suis saecularium literarum exempla proponeret, & Ecclesiae candorem Ethnicorum sordibus pollueret. Et Paulus Apost. Epimenidis Poetae abusus verficulo est, scribens ad Titum: *Cretenses semper mendaces mala bestiae, ventres pigri.* In alia quoque epistola Menandri ponit senarium: *Corrumpunt mores bonos colloquia mala;* & apud Athenienses in Martis Curia disputans. Aratum testem vocat: *Ipsi enim & genus sumus.* Ac ne parum hoc esset, ductor Christiani exercitus, & Orator invictus, pro Christo causam agens, etiam inscriptionem fortuitam atque torquet in argumentum fidei, dicens: *Inveni aram, &c.* Didicerat à vero David extorquere de manibus hostium gladium, & Goliath superbillimi caput proprio mucrone truncare. Legebat in Deut. Domini voce praeceptum, mulieris captivae radendum caput, supercilia, omnes pilos, & unguis corporis amputandos, & sic eam habendam in conjugio. Quid ergo mirum, si & ego sapientiam saecularē propter eloquij venustatem, & membrorum pulchritudinem, de ancilla, atque captiva Israelitidem facere cupio? & si quicquid in ea mortuum est, idololatriae, voluptatis, erroris, libidinum, vel praecido, vel rado, & mixtos purissimo corpori vernaculos ex eodem genere Domino Sabaoth: Labor meus in familiam Christi proficit, stuprum in gleniam augec numerum conservorum. Ocas accepit uxorem fornicariam Gomer, filiam Debelaim, & nascitur ei de meretrice filius Jezrahel, qui vocatur semen Dei, &c. Optime certe, sed responsum breviter habero. Ter tantummodò Apostolus, semel Athenis, iterum apud Corinthios, denique ad Titum, dum erat Cretae, & ad Cretenses dicturus, Ethnicorum usus est testimonio. Totidem vicibus & tibi liceat, si ad infideles verba feceris, infidelium exempla proferre; liceat & in opusculis aut epistolis.

Ad. 17. 23.

1. Reg. 17.
Deut. 21.

Osee 7.

D. Hieronymi exemplo, quae à puero didicisti, quaeque pater ex Aegypto auferre potuisti, in terram inferre promissam, sed verbum Dei, sacramque Scripturam ad fidelem populum interpretaturus, Apostolum in omnibus sequere, ac Hieronymum imitare.

D. August.
Confes. l. 3.
cap. 5.

Inquit iterum: Scis eò mundum decurrere, &c. Novi id certe. sed abs te quaro, an & sua eloquentia careat Scriptura? an suis Tropis, Figuris, ac Metaphoris non exornetur? an elegantioribus dicendi formis non abundet? Et Augustinus olim sacras Scripturas, fastidiebat propter simplicitatē styli. Institui, inquit, animū intendere in sacras Scripturas, ut viderē, quales essent, & ecce video rem non compertam superbis, neque nudatam pueris, sed incessu humilem, successu excellam, & velatam mysteriis, & non eram ego talis, ut intrare in eam possem, aut inclinare cervicem ad ejus pressus. Non enim, sicut modò loquor, ita sensi, cum attendi ad illam, sed visa est mihi indigna, quam Tullianae dignitati compararem. tumor enim meus refugiebat modum ejus, & acies mea vò penetrabat interiora ejus. Veruntamen illa erat, quae crederet eum parvulis, & turgidus fasti mihi grandis videbar. Quid verò, hoc deposito fastu, Augustinus ipse sentiret, ex ipsius verbis attende. Hic aliquis forsitan quaerat, utrum Authores nostri quorum scripta divinitus inspirata canonem nobis saluberrimā auctoritate fecerunt, sapientes tantummodò aut loquentes etiam nuncupandi sint. Quae quidem quaestio apud me ipsum, & apud eos, qui mecum, quod dico, sentiunt, facillimè solvitur. Nam ubi eos intelligo, non solum

D. Aug. lib. 4.
de doct.
Christ. c. 6.

solum nihil eis sapientius, verum etiam nihil eloquentius mihi videri potest: & radeo *Scriptura sa-*
dicere, omnes, qui recte intelligunt, quod illi loquuntur, simul intelligere, non eos aliter *era non tan-*
 loqui debuisse. Sicut enim est quaedam eloquentia, quae magis aetatem juvenilem docet, *quam sapientiam,*
 est, quae senilem, nec jam dicenda est eloquentia, si personae non congruat eloquenti: ita *sed et eloquen-*
 est quaedam, quae viros summam auctoritate dignissimos, planeque divinos docet. *ria affluit.*
 illi loquuti sunt, nec ipsos docet alia, nec alios ipsa, ipsis enim congruit, alios autem, quan- *Eloquentia*
 to videtur humilior, tanto altius non ventositate, sed soliditate transcendit. Ubi vero *non una omnes*
 non eos intelligo, minus quidem mihi apparet eorum eloquentia, sed eam tamen non du- *debet.*
 bito esse talem, qualis est, ubi intelligo. Ipsa quoque obscuritas divinorum, salubriumque *Scriptura elo-*
 dictorum tali eloquentiae miscenda fuerat, in qua proficere noster intellectus, non solum *quentia cur*
 inventionem, verum etiam exercitationem deberet. Possem quidem, si vacaret, omnes virtu- *mixta obse-*
 res, & ornamenta eloquentiae, de quibus instantur isti, qui linguam suam nostrorum Au- *ritas,*
 thorum linguae non magnitudine, sed tumore praeponunt, ostendere in Litteris sacris:
 Sed non ipsa me plus, quam dici potest, in illa eloquentia delectant, quae sunt hic visis
 cum Oratoribus Gentilium, potest esse communia. Illud magis admiram, & stupeo, quod
 ista nostra eloquentia ita usi sunt per alteram, quandam sapientiam suam, ut nec eis de-
 esset, nec emineret in eis, quia eam nec improbari ab illis, nec ostentari oportebat. Quo-
 rum alterum fieret, si vitaretur: alterum putari posset, si facile agnosceretur. Et in quibus
 forte locis agnosceretur a doctis, tales res dicuntur, ut verba, quibus dicuntur, non a dicen-
 te adhibita, sed ipsi rebus velut sponte subiecta videantur, quasi sapientiam de domo sua,
 id est, peccatore sapientis procedere intelligas, & tanquam inseparabilem famulam etiam
 non vocatam sequi eloquentiam.

Nonne audis, Frater? nonne admiraris? praestantioris, dulciorisque alte-
 rius huius eloquentiae catenis vinciris? ac traheris? Sed adhuc attentius audi exempla, *Scriptura ger-*
 quibus pulchre docet sacris in Litteris germanam inesse eloquentiam, quae sapientiae vel- *manam inesse*
 uti inseparabilis comes adhaereat. Quis non videat, subdit, quid voluerit dicere, & quam *eloquentiam,*
 sapienter dixerit Apostolus: *Gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam*
operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit, quia charitas
Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis? Hic si quis, ut ita *exemplis osten-*
 dixerim, imperite peritus, artis eloquentiae praecipua Apostolum secutum fuisse contenda- *ditur.*
 dat, nonne a Christianis doctis, indoctisque ridebitur? Et tamen agnosceretur hic figura, *Idem c. 7.*
 quae Climax Graece, Latine vero a quibusdam est appellata Gradatio, quoniam scalam dice- *Rom. 5.*
 re noluerunt, cum verba, vel sensa connectuntur, alterum ex altero, sicut hic ex tribu-
 latione patientiam, ex patientia probationem, ex probatione spem connexam videmus.
 Agnosceretur & aliud decus, quoniam post aliqua, pronuntiationis voce singula finita,
 quae nostri membra, & caesa, Graeci autem cola, sive commata vocant, sequitur ambitus,
 sive circuitus, quem periodon illi appellant, cujus membra suspenduntur voce dicentis,
 donec ultima finiuntur. Nam eorum, quae praecedunt circuitum, membrum illud est
 primum: *Quoniam tribulatio patientiam operatur, secundum, patientia autem probationem, ter-*
tium, probatio vero spem, deinde subjungitur ipse circuitus, qui tribus peragitur membris,
quorum primum est: Spes autem non confundit, secundum, quia charitas Dei diffusa est in cor-
dibus nostris, tertium, per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. At haec, atque huiusmodi
 in elocutionis arte traduntur. Sicut ergo Apostolum praecipua eloquentiae secutum fuisse
 non dicimus: Ita quod eius sapientiam secuta sit eloquentia, non negamus. Scribens ad
 Corinthios, &c. Pergit August. elegantissime, & alia Apostoli loca, & Prophetarum plu-
 rima nulla affectata dicendi arte, & omni elegantissima arte plena demonstrare.

Sed breviora adhuc cupis exempla, ex quibus Tropos alios, ac Figuras, cum sacrae Scri-
 pturae flores, seligere valeas? Annon ibi pulchre Metonymia, continens pro contento:
Effundensque hydriam in canalibus, id est, aquam hydria contentam? Annon ibi Synecdo- *Genes. 24.*
 che, pars pro toto: *Post tres dies resurgam?* vel totum pro parte, aut plures pro uno: *Larro-*
nes improperebant ei, hoc est, unus ex latronibus improperebat ei? Annon ibi suaveolet *Matth. 17.*
 Antonomasia, praenominatio, *Tu humiliasti, sicut vulneratum, superbum, per excellentiam,*
 Diabolum?

Psal. 38.
Ioan. 13.
Gen. 3.
Matth. 26.
3. Reg. 18.
Iob. 2.
Matth. 27.

Diabolum? &c. Discipulus, quem diligebat Iesus, per excellentiam, Joannes? Nonne multis in locis Ironia erumpit: Ecce Adam quasi unus ex nobis? 2. Cor. 2. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo, &c. Dormite jam, & requiescite. Clamate voce majori, Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in disversorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur? Nonne Antiphrasis ibi contrarium solis verbis significans: Benedic Deo, & morere, pro maledic? Sarcasmos, hostilis, plenaque odio irrisio: Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere? Annon ibi, & alibi sæpè, Omœosis, id est, rei minus notæ per notioris similitudinem demonstratio? Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret usque in Occidentem, ita erit adventus Filij hominis. Item, Ab arbore fici discite parabolam, &c. Cujus quidem species sunt Icon, id est,

Matth. 22.

personarum inter se comparatio: In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in celo: Parabola, hoc est, rerum genere dissimilium invicem comparatio, ac veluti ab ipsis corporeis rebus ad spiritualia declaranda per similitudinem progressio: ut Simile est regnum celorum grano sinapis, fermento, thesauro abscondito &c. Et paradigma quæ est enarratio exempli, vel adhortantis, vel deterrentis, ut Multum valet deprecatio, nisi assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis & oratione oravit, &c. aut illud: Respiciite volatilibus cali, quoniam non serunt, &c. Deterrentis verò: Putatis, quod hi Galilæi peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, sed nisi penitentiam habueritis, omnes simul peribitis, sicut illi decem,

Iac. 5.

Matth. 6.
Luc. 13.

& octo supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos. At quàm sæpè Periphrases adinvenies, ubi circumlocutione meliùs, aut honestiùs, quàm re ipsà aliquid explicetur? Quàm venustè aliquando Scriptura utitur Hyperbole dictione nimirum fidem excedente, augendi, minuendi ve gratiâ prolatâ? Aquilus velociore, leonibus fortiores. Ecce mundus totus post eum abiit. Nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. Ibi vidimus monstrum quoddam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati quasi locusta videbamur. Hyperbole adaugens, minuensque fidem. Minuendi similiter est illud: Terrebit eum sonitus folii volantis. Et, Ascendunt usque ad calas, & descendunt usque ad abyssos. & Tu Capharnaum, nunquid usque in calum exaltaberis? usque in Infernum descendes. Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Psalm. 6. Quæ per Hyperboles figuram intelligenda sunt, secùs juxta sonitum literæ essent mendacia.

2. Reg. 1.

Ioan. 12.

Instr. 21.

Num. 13.

Levit. 26.

Psal. 106.

Matth. 11.

Luc. 19.

Psal. 2.

Deut. 32.

Psal. 97.

D. Thom. 1. p.
q. 1. art. 9.
Cic. 1. 3. de
orat. à med.

Iob. 39.

Pined.

Gisler. in pref.
com. in Cant.

c. 4.

Sed nunquid reliquos Scripturæ Tropos, ac Figuras in medium afferam? Afferantur aliquæ nunc Figuræ. Apophosis, reticentia: Si cognovisses & tu, &c. Emphasis, rei magnitudinem indicans, 2. Eldr. Tu solus sanctus, &c. aut Energia, evidentia: Cum venerit Filius hominis in sede maiestatis sue. Mat. 2. Epiphonema, acclamatio: Beati omnes, qui confidunt in eo. Apostrophe, sermonis conversio ad cælum, aut terram, aut Angelos, aut Deû. Audite, cali, quæ loquor, audiat terra, &c. Prosopopœia, personæ fictio, ut Flumina plaudunt manibus, simul montes exultabunt. Antithesis contrariorum oppositio: Mutuabitur peccator, & non solvetur: iustus autem miseretur & tribuet. Nimis longum esset omnes afferre, abundat his siquidem Scriptura, & præsertim Metaphoris, nec ad necessitatem solam, ac utilitatem, ut ex S. Dionysio asserit D. Thom. verum etiam ad ornatum, ac dignitatem, ut etiam eleganter dixit Tullius: Metaphoram primò genuit necessitas; post autem delectatio, iucunditasque celebravit. Nam ut vestis, frigoris de pellendi causa, reperta primò, post adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis, & dignitatem: sic verbi translatio instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis; nam gemmare vites, luxuriam esse in herbis, lætas segetes etiam iustici dicunt. Quid adhuc in Scriptura desideras? Descriptiones? Ubinam, quæ se, pulchriorem legisti, quàm eam equi descriptionem in Job? Gloria narium ejus terræ, terram unguis sedit, exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pavorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta, & chelys. Feruens, & fremens sorbet terram, nec reputat tuba sonare clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit, Vab. Vocul odoratur bellum, exhortationem ducum, & ululatum exercitus. Quid ultra cupis? Poëses? Annon elegantissimum poemâ liber Jobi? annon poemâ dramaticum Cantica Canticorum? annon Psalmi poëses? Hæ certè poëses, quæ non inter infimas doctrinas, ut ex D. Thoma mundi poëtica computatur, sed inter supremas præmiæ habendæ sunt. In his flores licet legere, his etenim magis, quàm horti abundant.

Chrysolto-

Chrysoſtomus: Suave quidem eſt pratium, & hortus, utroque tamen ſua vius mul-
 to ſpirat ſacræ Scripturæ lectio. Illic ſiquidem flores invenire eſt, ſed qui tempore mar-
 ceſcunt: hic autem occurrunt ſententiæ in nativo vigore perennantes. Illic aſpirat Fa-
 vonius: hic aſſat aura Spiritus Sancti. Illic cicadæ ſtridore ſuo obſtreperæ: hic Prophetæ
 ſua vi jubilo perſonantes. Illic ex ipſo aſpectu quiddam oblectationis concipitur: hic au-
 tem ex ipſâ mox lectione plurimum decerpitur utilitatis. Hortus uno quopiam circum-
 ſcribitur loco: divinæ autem Scripturæ nullo loco terræ habitabit circumferuntur.
 Hortus utique pro temporum qualitate ſervit neceſſitatibus: Scripturæ autem perinde
 hyberno, atque æſtivo tempore perennat comantibus undique foliis, & fructuum pon-
 dere degravantur. Attenti itaque ſumus lectioni Scripturarum: ad hanc etenim attentus
 ſi fueris, anxietatem à te depellet, cordi tuo inferet incredibile voluptatem ſublaram
 malitiæ radices virtutis affiget animæ, interque turbellas iſtas negotiorum, quæ ritu unda-
 rum ſe ſe agitantium fluctuant, non te ſinet ulla conſictari perturbatione. Inſanis licet
 agitetur mare procellis, tu in tranquillo navigas: habes enim, quæ te moderetur, ac gu-
 bernet, Scripturarum lectionem.

Sed nunquid non elegantes, non ſapientes Scripturæ ſacræ Interpretes, Eccleſiæ Pa-
 tres, ac Doctores? Quis, amabo te, non ſuſpiciat, quis non admiretur Nazianzeni, Baſilij,
 Chryſoſtomi, cæterorumque Græcorum Patrum flumen aureum eloquentiæ. Quis Cy-
 priani, Hieronymi, Ambroſij, Auguſtini, Leonis, Gregorij, Chryſologi facundiâ non ob-
 ſtupeſcat? Volumem, non epiſtolam ad te ſcribam, ſi venuſtates, ſi dicendi formas, ſi ſpiri-
 tus, animique conceptus ſolum indicavero. Eorum certè integra Opera exſcribam, non
 epiſtolam breviloquentem conſcribam, ſi quæ in eis pulcherrima, vivacioris que inge-
 nij ſunt, ſolum terigero: nihil etenim omnino pulchri, boni ve, ut dici ſolet, reperire eſt
 hodie, quod Patrum non ſit. Si quid boni eſt, Patrum eſt. Scatentioſè id mihi nuper ex
 proprii animi ſententiâ Illuſtriſſimus Princeps, Cardinalis BONCOMPAGNIUS,
 Epiſcopus noſter, aſſeruit, ſuoque illo feliciffimo ingenio, quod ego tanquam Dei do-
 num ad miraculum uſque ſuſpexi, pluribus comprobavit. Opinio hæc certè Eccleſiaſtico
 Principe digna, eaque tam vera eſt, quam quod veriſſimum. Nam quis mehercule Na-
 zianzeno in ſuo fonte lucidior, dulcor, ſuavior, ſimulque profundior? Chriſtianus hic
 certè Demoſthenes, divinus hic Plato. Orationes illius veluti catenæ ſunt, quæ cor meum,
 ac eorum omnium, qui eas legunt, devinciunt, & quoquo verſum trahunt. Quatuor
 hæc ſolummodò verba excipe ex elegantiffima illa oratione de Machabæis: *Ibi, ait, ge-
 neroſi, ac magnanimi pueri, generoſa matris nobilis proles, non minus animis fratres, quam corpori-
 bus, inter ſe mutua mortis amuli. O rem admirandam! tormenta quaſi theſauros præripientes pro
 magiſtrâ lege pericula ſubeuntes, qua non magis illata formidabant, quam reliqua requirebant,
 unum illud veriti, ne Tyrannus à poenâ deſiſteret, ne quis ipſorum ſine coronæ præmio diſcederet, ne in-
 viri fratres alij ab alio ſe jungerentur, & ne eo diſcrimine ſupplicia non ferentes malâ victoriâ ſupe-
 rarent.* Quid verò de Joanne illo, qui propter aureum eloquentiæ flumen dictus eſt co-
 gnomento Chryſoſtomus, nimirum os aureum? Quid de Latinorum Patrum facundiâ?
 annon Ambroſius divina illa ſuavitate dicendi Rhetorem Auguſtinum ad fidem traxit?
 Et delectabar, inquit Auguſt. ejus ſuavitate ſermonis, & dum cor aperire ad excipiendum, quam
 diſcretè diceret, pariter mirabar, & quam verè diceret. Et placuit mihi, (ſubdit infra) eo audito, le-
 niter ſubtrahere miniſterium lingua mee mundinis loquacitatibus. Rhetorices artem intelligit,
 quò ſcilicet longè graviore eloquentiæ operam navaret.

Quid de ipſo Auguſtino, qui per pulchris ubique dicendi formis abundat? Ac-
 cipe ſacrificium confeſſionum mearum de manu lingua mea, &c. ibidem, ut alibi ſexcentæ aliæ.

Quid de Cypriano, qui, ut ait Hieron. glorioſè Rhetoricam docuit, cujus & for-
 mas Auguſtinus miratur? Petamus hanc ſedem, dixit quodam in loco Cyprianus, dant ſe-
 ceſſum vicina ſecreta, ubi dum erranti palmitum laſſus, pendulis nexibus per arundines bajulas re-
 punit, vitæam portuum frondea teſta fecerunt. Non dicuntur iſta, ſubdit Auguſt. niſi mirabi-
 liter affluentiſſima fecunditate facundiæ, ſed profuſione nimia gravitati diſplicent.
 Quapropter iſte vir ſanctus, & poſſe ſe oſtendit ſic dicere, quia dixit alicubi, & nolle, quo-
 niam

D. Chryſoſt.
 ho. in Eury.
 & in illud.
 Aſtitit Re-
 gina, 7. 5.
 Scriptura ſa-
 cra, & horti
 pulchra com-
 paratio.

Scriptura in-
 terpretes Patres
 commendati.

Nazianz.
 orat. 20. de
 Mac.

D. Auguſt. 6.
 Conf. 13.
 Item lib. 9.
 c. 2.
 Lib. 5.
 Conf. 6. 1.

D. Aug. 4.
 de doct.
 Chr. c. 14.

niam

niam postmodum nusquam dixit. Qualiter autem ab ista redundantia se revocaverit, & ad eloquentiam graviolem, modestioremque restituerit, ex scriptis eiusdem apparet, quæ quidem non tam frondeo, aut spumæo verborum ambitu, sed solidiori, gravioresque dicendi genere ornantur. Sit exemplo epistola illa ad Episcopos, aliosque in metallo constitutos Martyres, post initium: Neque, ait, ad sustes Christianum corpus expavit, cuius est spes omnis in ligno. Sacramentum salutis sus Christi servus agnovit, redemptus ligno ad vitam æternam, ligno profectus est ad coronam. Quid verò mirum, si vasa aurea, & argentea in metallo, id est, auri, & argenti domicilium, dati estis, nisi quod nunc metallorum natura conversa est, loco quo, quæ aurum, & argentum dare ante consueverant, accipere coeperunt? Imposuerunt quoque compedes pedibus vestris, & membra felicia, ac Dei templa infamibus vinculis ligaverunt, quasi cum corpore ligetur & spiritus, aut aurum vestrum ferri contagione maculetur. Dicatis Deo hominibus, & fidem suam religiosa virtute testantibus ornamenta sunt ista, non vincula; nec Christianorum pedes ad infamiam copulans, sed clarificant ad coronam. O pedes feliciter vinciti, qui non à fabro, sed à Christo solvantur! O pedes feliciter vinciti, qui itinere salutaria ad Paradisum diriguntur! O pedes in sæculo ad præsens ligati, ut sint semper apud Dominum liberi! O pedes compeditibus, & irâ adversarii interim cunctabundi, sed celeriter ad Christum glorioso itinere cursuri! Quantum vult hic vel invidi crudelitas, vel maligna, nexibus vos suis, & vinculis teneat, citò à terris, & panis istis ad calorum regna pervenietis. Non sovetur in mei allie, lecto, & calcitrans corpus, sed refrigerio, & solatio Christi sovetur. Humi jacent fessa laboribus viscera, sed poena non est cum Christo jacere. Squallent sine balsamo membra siti, & sordè deformia, sed spiritaliter in eis abluuntur, quod foris carnaliter sordidatur. Panis illi exiguus: at non in pane solo vivit homo, sed in sermone Dei. Vestis argentibac deest; sed qui Christum induit, & vestitus abundanter, & cultus est. Semitonis capitis capillus horrescit, sed cum sit caput viri Christus, qualecumque caput illud deceat necesse est, quod ob Domini nomen in igne est. Omnis ista deformitas detestabilis, & tetra Genilibus quasi splendore pensabitur! Secularis hæc, & brevis poena quàm clata, & æterni honoris mercede mutabitur, cum secundum Beati Apostoli vocem, transformaverit Dominus corpus humilitatis nostræ figuratum corpori claritatis suæ! Sed nec illo, Fratres dilectissimi, aliqua potest aut religionis, aut fidei iactura sentiri, quod illis nunc Sacerdotibus Dei facultas non datur offerendi, & celebrandi Sacrificia divina. Celebratis modo, at que offeruntur sacrificium Deo, & pretiosum pariter, & gloriosum, & plurimum vobis ad retributionem præmiorum caelestium profuturum, cum Scriptura divina loquatur, & dicat: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicit. Hoc vos sacrificium Deo offeritis: hoc sacrificium sine intermissione die, ac nocte celebratis, hostiæ facti Dei, & vosmetipsos sanctas, atque immaculatas victimas exhibentes. O præclaram Patris eloquentiam!

Deut. 8.

Luc. 4.

Psalms. 50.

Finem scribendi nullam faciam, si Leonis tum gravitatem, tum elegantiam, si Chrysologitum facundiam, tum pulchritudinem indicavero. Paucis rem perstringamus. Patres omnes pollere eloquentia, monumenta ipsa librorum, quos nobis reliquerunt, loquuntur, ut tibi nullatenus opus sit extra sacram Scripturam, sacrosque illius Interpretes elegantiam emendicare.

Eapropter has tibi selegi Scripturas, quas Sanctorum Patrum sententiis exornavi, ut si eloquentia delectat, hæc ipsa veluti utrobique nativa illectus, totum huic te sanctæ voluptati tradas, nec ullatenus extra sacram Scripturam, sacrosque illius Interpretes eloquentiam quæras, & exinde tibi, aliisque postmodum ex ipsa sacra Scripturæ, factorumque Patrum lectione, quæ commoda proveniunt, consequaris.

Selegi autem eas ex variis translationibus non tam recentiorum, quàm veterum Patrum exempla sequutus. Origenes ut antiquioribus exordiamur, exempla fecit ex aliis editionibus, quo ad intelligentiam Scripturæ lector magis promoveretur. Annon passim Hieron. ex propria linguarum peritia (& ex veteribus Symmachus, Theodotion & Aquila) varias in medium affert translationes, aded ut in his eruendis ferè totus videatur, quippe quæ ad litteram maximè faciunt? Nonne Chrysostomus, præsertim in Psalmis, singulo penè versu variis utitur translationibus? In Psalm. 7 statim initio: Psalmus David, quem cecinit Domino. Alius: Psalmus pro ignorantia David. Alius: Ignoratio David,

& pro

Scripturæ
translationibus variis
Patres usq.
Chrysostomus
Psalm. 7.

& pro Chusi Æthiopæ. Infra: *Exaltare in finibus inimicorum tuorum.* Alius dicit, *in ira adversus inimicos tuos.* Alius: *In bile eorum, qui me affligunt.* Alius: *In dilationibus alligantium.* Hebræus autem id, quod est, *in finibus,* dicit, *Bevaurod Zorerai.* Alij: *In capitibus.* Alij autem: *Nullus fugiat inimicorum.* *Exurge, Domine Deus meus, in præcepto, quod mandasti.* Alius dicit: *In iudicio.* Et *Synagoga populorum circumdabit. se.* Alius dicit: *Circumdet te.* Et propter hanc in altum regredere, Alius dicit: *Et supra ipsam in altum convertere.* Hebræus autem illud: *Super ipsam dicit, Venleah. Consumetur nequitia peccatorum.* Alius dicit: *Peragatur vexatio adversus impios.* Et *diriges justum.* Alius: *Et stabiles justum.* *Scrutans corda, & renes Deus.* *Adjutorium meum à Domino, qui salvos facit rectos corde.* Alius: *Examinator cordium, & renum Deus, justus defensor meus.* Et alius: *Deus justus.* Sept. autem dixerunt: *Scrutans corda, & renes Deus, justum auxilium meum à Deo.* Quo in loco conceptum elicit, dicens: *Quid est, iustum auxilium meum à Deo?* & c. Pergit: *Deus Iudex justus, fortis, & patiens, & iram non inferens per singulos dies (sic legit ipse.)* Alius: *Fremens quotidie.* Heb. autem: *In omnia vita.* Et alius: *Minans, fremens, non puniens. Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit.* Alius dicit: *Ensem suum acuet. Arcum suum tetendit, & paravit illum.* Alius: *Intendet.* Et in eo paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Alius dicit. *Ad ardentum.* Et hinc similiter eruit conceptus *Quid est, Et vibrabit, seu acuet?* *Cortæ opus est?* & est rubigo in gladio? sed hæc non sunt accipienda, ut dicta sunt, sed ira, ut Deo conveniunt. *Arcum suum tetendit, & paravit illum,* auditorem terrens, simul & patientiam ejus, & iram indicans, non enim dixit, immisit, nec jacularus est, sed, *intendit, & paravit,* hoc est, paratus est ad emittendum.

In Psalm. 9. *Cujus os maledictione plenum est, & amaritudine, & dolo. Sub lingua ejus labor, & dolor.* Alius: *Inutile. Sedit in insidiis, cum devitiis in oculis, ut interficiat innocentem.* Alius: *Insidiens apud aulas. Oculi ejus in pauperem respiciunt. Insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.* Alius: *In sepro suo. Insidiatur, ut rapiat pauperem, dum attrahit eum.* Alius: *In tractatione ejus. In laqueo suo humiliabit eum.* Alius: *In sagena. Inclinet se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.* Alius: *Confractus autem in sectetur, cum is irruerit in ipsum cum fortibus in imbecillos.* Ita in perbrevis Psalmo decem va-Psal. 7, rias affert lectiones. Sic Augustinus sapissimè, & aliter legit, & aliter legentes addu-D. Aug. in cit. Quare ubi nos legimus: *Similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris;* ipse Psalm. 67. legit: *Similiter amaritudines, qui habitant in sepulchris.* id est, omnino mortuos, occupatos in operibus mortuis. Et lectionem elucidans subdit: *Hi enim amarificant resistendo justitiæ.* Et illud: *Quoniam non cognovi literaturam, legit: Quoniam non cognovi negotiationes.* Quæ sunt (subdit) istæ negotiationes? *Audiant negotiatores, & mutent vitam, & c.* Pro sexcentis variis lectionibus, quas ubique leges in Augustino, has solummodò ex binâ Psalmorum apertione obvias attulisse sufficiat. Ambrosius sapissimè translationibus utitur. Gregorius. Novam, inquit, translationem differo, sed ut comprobationis causa exigat, nunc novam, nunc veterem pro testimonio sumo, ut quia Sedes apostolica, cui auctore Deo, præsideo, utraque utitur, mei quoque labor studij, ex utraque fulciatur. Hæc Gregor. initio Moralium scribens ad Leandrum: Nec hi solum, sed cæteri omnes varias, ut diximus, afferunt lectiones, ut cuique eorum opera legenti perspicuum est. Quid, quidd ipse Sanctus Antonius, vel in eremo à variis lectionibus non abhorrebat: nam differens aliquando de studio proficiendi, illud Eliæ in medium attulit: *Vivit Dominus, cui adsto hodie ante ipsum;* & differerebat, inquit Athanasius, hodie, esset appositum: quia scilicet non computabat Eliæ præteritum tempus, sed tanquam quotidie in terramine constitutus, talem se præbere cupiebat, qualem sciebat dignum Dei esse conspectibus, purum corde, & paratum obedire voluntati ejus. Vides quam utiliter illud, hodie, perpendit, quod in editione Vulgarâ non habetur, nec in Sept. Interpretibus invenitur?

Elias vivebat tanquam quotidie in certamine positus.
3. Reg. 17.
D. Ath. in vita Ant.

Cencil.
Trident. sess. 4.

Faciunt autem plurimum varia lectiones ad sensus, tum literales, tum mysticos eruendos: quare nullo pacto sunt improbandi, qui præsertim post expositam, ac perpen- sam Vulgatæ editionis literam, (cui primus honor, primaque debetur auctoritas) ex Græcis præterea, aut Hebraicis, aut Syriacis fontibus aliqua, vel diversa, vel ad priorem illu- strandam conferentia depromunt. Istud planè facit Hieron. in Commentariis super Pro- phetas, ubi post explicatam Hebraicam lectionem, variam mox ab illâ Sept. Interpretum literam persequitur.

D. Thom. 1. p.
q. 1. art. 10.
Scriptura ver-
borum varij
sensus unde.

Sed dices: Quomodo hæc tanta lectionum varietas se habet? Fateor, quid Numi- nis hic esse. Author Sacræ Scripturæ, inquit D. Thom. Deus est, qui omnia simul suo in- tellectu comprehendit, quique non solum voces ad significandum instituit, sed etiam res ipsas ad significandas alias ordinavit, & hinc sub unâ literâ sunt plures sensus. Ad hæc He- bræa lingua facunda, fecundaque est. Præterea sapientum, ac eorum, qui sententiosè lo- quuntur, id proprium est, ut paucioribus plura complectantur: sacra autem Scriptura vera est sapientia, & in eâ quot verba, tot sententia.

D. Hier. in
Apol. ad ver.
Ruff.

Hæc eadem lectionum varietas ad unco quondam naso à Ruffino adversus Hiero- nimum suspensa est, quasi sacrarum Scripturarum fidei aut aliquid derogeret, aut repugnet: Quare Hieronymum momordit, quod secundum Psalmum interpretans, pro eo, quod nos legimus in Latino, *Apprehendite disciplinam*, ex Hebr. *Nasebar*, semel reddiderit, *Adorate filium*, iterum verò, *Adorate patrem*, id quod propriè est Hebr. *Deosulamini filium*. Purgat sese Hieron. ab istiusmodi hominis calumniâ, qui non Hebraicè, sed nec planè Latinè novat, dicens, ne putidè transferret, *Deosulamini*, transtulisse ad sensum, *Adorate: Bar* autem Heb. diversa significare, videlicet, filium, criticum, spicatum fasciculum, electum, ac purum. Quid igitur peccavi, subdit Hieron. si verbum ambiguum diversâ interpretatione conver- ti: Et quid Ecclesiæ fidei nocet, si doceatur lector, quot modis apud Hebræos unus versicu- lus ex planetur?

Translationū
varietas unde
orta.

Illud certè considerandum est, maximum istarum diversitatum partem sitam esse magis in verbis, quàm in sententiis: nam sit non raro, illic etiam, ubi primâ facie nihil videretur esse convenientiæ, post introspectam penitus utramque lectionem, & alteram cum alterâ diligentius collatam, ut sententia prorsus eadem inveniat, & quæ obiter tantum considerata plurimum videbantur dissidentia, post exactiorem pensulationem eadem in bonam concordiam minimo negotio reducuntur. Neque minus ratum est, Hebraicam dictionem variæ significationis occurrere: unde fit, dum nostra interpretatio significatio- nem unam, alia aliam prælegit, ut translationum varietas oriatur. Norunt, qui He- bras literas vel à solo limine salutarunt, & Hebraica biblia vel à longe inspexerunt, quàm frequenter in sermone Hebræo id usu veniat, sic diversas ex æquivocatione verborū sententias educere. Denique etiam si talis alicubi occurrat locus, in quo lectionem vul- gatam neque secundum æquivocationem ex Hebr. possis elicere, neque in eandem cum Hebraica lectione sententiam reducere, nec sic quidem vultum debes avertere, sed potius aliquid utilitatis, saltem ad mores enucleare, quod si nullo modo id possis, Vulgatam sequere.

Gen. 8.
Hebr.
Sept.

Corvus Noë
impœnitentium
Symbolum.
Et obli-
viosi
nuntij.

Verum, ut dixi, non te citò moveat huiusmodi lectionum varietas, nec facilè in- ter eas repugnantiam credas: nam si bene, ut diximus, intelligantur, suas etiam pariter in se claudere veritates intelligantur. Corvus ille in Gen. Hebr. *Ibat eundo, & redeundo*, juxta Sept. verò, *Egradiabatur, & non revertebatur*. Quis primâ fronte repugnantiam non videat? Sed reverâ, si rectè intelligantur, minime pugnant: corvus enim dimissus, in arcam rever- sus non est, ut habent Sept. sed ad arcam rectum regressus, inde ad eam, ut fert communis opinio, evolavit, eoque rediit, donec siccarentur aquæ super terram. Nunc quàm latè pa- tet campus conceptionibus? *Ibat eundo, & redeundo*, hoc est in circuitum ferebatur: impiorū id est juxta Prophetam, *In circuitu impij ambulans* ac impœnitentium, qui cum in profun- dum diluvij suorum peccatorum venerint, contemnunt, nec aliquando ad arcam pœni- tentiæ confugiunt. *Ibat eundo, & redeundo*: sic solet, qui modò pœnitentiam agit, & modò peccat:

peccatit, reditque: *Ibat eundo, & redeundo Vel egrediebatur, & non revertebatur*, immemoris nunciij aptissimum symbolum. Noë corvum emisit. *Egrediebatur, & non revertebatur*; potest illum signare, qui postquam ab arcâ divinæ gratiæ per peccatum exit, adeo profusè in cadavera peccatorum seise ingurgitat, ut in his miserè depereat.

Aliquas præterea lectiones inter se se ad speciem dissidentes afferamus, quò tamen intelligas minime dissidere. *Adhuc quadraginta dies, & Nini ve subvertetur*. Sic Hebr. & Chald. Sept. tamen legunt: *Adhuc tres dies, & Nini ve subvertetur*; sic que legit Chrysost. Quis hie discrimen non videat? Et tamen eruditissimus Canus, ac Leo Castrensis illud conciliant, & vel ad litteram declarant. Quamquam Aug. ut Sept. Interpretes defendat, quos divinos afflatus Spiritu ubique sentit, ad sensum mysticum confugiat, ac de subversione quoad mores, & per pœnitentiam in eo triduo peractam, intelligat. Hinc pariter elegantissimæ animi conceptiones eliciuntur, quid ingenio pollens ex tantâ lectionum ubertate non eruet?

Plurimum certè juvat Interpretum numerositas, ut dicit August. In ipsi autem interpretationibus Itala (Vulgatam intelligit) cæteris præferatur: nam est verborum tenacior, cum perspicuitate sententiæ, & Latinis quibuslibet emendatis Græci adhibeantur, in quibus Sept. Interpretum, quod ad verus Testamentum attinet, excellit auctoritas, qui jam per omnes peritiores Ecclesias tanta præsentia Spiritus Sancti interpretati esse dicuntur, ut os unum tot hominum fuerit. Et lib. 2. de Doct. Christ. Hebraicarum dictionum notitiam plurimum commendans ait: Proculdubid secretum quiddam insinuat Siloa piscina, ubi lavare faciem jussus est, cui oculos Dominus luto de spato inunxit. Quod tamen nomen linguæ incognitæ nisi Evangelista interpretatus esset, tam magnos intellectus lateret. Sic etiam multa, quæ ab Authoribus eorundem librorum interpretata, non sunt nomina Hebræa, non est dubitandum habere non parvam vim, atque adjutorium ad solvenda ænigmata Scripturarum, si quis possit ea interpretari. Quod nonnulli ejusdem linguæ viri periti non sanè parvum beneficium posteris contulerunt, qui separata de Scripturis eadem verba omnia interpretati sunt, & quid sit Adam, quid Eva, quid Abraham, quid Moyses, sive etiam locorum nomina, quid sit Jerusalem, vel Sion, vel Jericho, vel Sina, vel Libanus, vel Jordanis, vel quæcunque alia in illâ linguâ sunt incognita nobis nomina. Quibus apertis, & interpretatis multæ in Scripturis figuratæ locutiones manifestantur.

Ex his itaque primùm habes, cur Scripturas ex variis selegerim Lectionibus: quia nempe earum usus frequentissimus est apud Patres, & quia plurimum faciunt tum ad litteram, tum ad cæteros sensus eruendos. Sed dices: Tot, tamque variæ Lectiones, præsertim Recentiorum, quonam loco habendæ tibi videntur? Eodem, quo Clementis VIII. Pont. Max. lege sancitum est, ejusmodi scilicet versiones pro elucidationibus Vulgatæ editionis ad intelligendam Scripturam, non autem pro ipso Sacto Textu esse habendas. Dices iterùm: In concionibus eritne tam frequens earum usus? Haud certè: nam aliud est Scripturam interpretari (pro quo variæ faciunt lectiones) aliud verò est jam interpretata Scriptura uti ad mores in concione; quòd frequentior translationum usus non solum non adjuvaret, verùm etiam quodammodò impediret. His autem ego frequenter usus sum, ut Sanctis Patribus magistris, aliorumque Illustrum Enarratorum vestigiis inhaerendo Scripturas interpretarer. Seligendæ autem tibi erunt in Concionibus aliquæ post editionem Vulgatam (si modò eis uti velis) quæ huic veluti famulentur, aliquid adferant, & aliquo modo conceptum adjuvent, capropter ab his, unde conceptionem aliquam efformare nequeas, abstinere, ut penè illæ sunt, quæ penitus synonymæ à nonnullis adferuntur. Et de his satis.

Scripturam
Patres sententiosè exponunt,
& germanè.

Labore alieno,
uti licitum, sed
furtum dissimulare infelicitis ingenij.
Plin in Praef.
l. 9. Basil. ep. 1.

D. Hieron.
ep. 18. ad Heliod.

Theod. in prolog. Can.
Patrum doctrina uti, non
furtum est, sed
hereditas.

Num. 4.
Hebr.
Exod. 35.
Hebr.
Græc.
Ab orationis lumine omne bonum venit.
Sacrorum
Elaoch.
3. c. 3.
Iob. 36.
Pagn.

Selegi præterea Scripturas huiusmodi ex Sanctorum Patrum sententiis! Patres enim, dum Scripturam interpretantur, sententiosè loquuntur. Unde apud Patres in Scripturâ sententiâ, in sententiâ verò Scripturam habes, sed qualiter, quæso, interpretatam? Non violenter, non leviter, sed verè, germanè, unico verbo, eodem spiritu, quo scripta est. Eapropter in his tam densè Patrum sententiis, interpretationibusque usus sum, exemplo insignium illorum Patrum Gregorij Naz. ac Basilij, qui non ex proprio ingenio (licet tali ingenio præditi essent) sed ex majorum ratione, & autoritate sacras Scripturas interpretati esse dicuntur. Jam tetigimus, quicquid boni, pulchrive legitur in Scripitionibus Patrum esse. Cur ergo Patribus non rebituam, quod Patrum est? Obnoxij profectò animi, atque infelicitis ingenij est, ut ille inquit, deprehendi in furto malle, quàm mutuuum agnoscere, cum præsertim fors fiat ex usura. Et Basil. Neque ad discondum verecundum esse oportet, nec ad docendum malignum. Quod ab alio tute didiceris, nequaquam clam habendum, cuiusmodi facere mulieres improbae solent, quæ ex aliis ipsa quasitos liberos viris suis tollendo subijciunt, patrem eminentes, &c. Hinc D. Hieron. Nepotianum laudat, quod de Scripulis edifferens, libenter Patrum testimonia in illarum expositione produceret. Sermo ejus, inquit Hieron. per omne convivium de Scripturis aliquid proponere, libenter audire, respondere verecundè, recta suscipere, prava non acriter confutare, disputantem contra se magis docere, quàm vincere, & ingenio pudore, qui ornabat aetatem, quid ejus esset, simpliciter confiteri. Atque in hunc modum, eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur. Illud, ajebat, Tertulliani, illud Cypriani, hoc Lactantij, illud Hilarij est. Sic Minutius Felix, ita Victorinus, in hunc modum est locutus Arnobius. Me quoque, quia pro soliditate avunculi diligebat, (nota modestiam Hieronymi,) interdum proferebat in medium.

Illud certè verissimum semper existimavi, quod admodum scitè dixit Theodoretus: A Sanctis Patribus accipere, non surtum appellari debet, sed paterna hereditas. Quis autem patris hereditatem erubescat fateri?

Hac eadem animi ingenuitate (si dicere licet) non solum Patres in medium protuli, sed alios præterea non tantum veteres, sed etiam ad hoc usque non quidem scripturientium, sed scriptorum sæculum illustriores Interpretes adhibui, suisque marginibus prænotavi. Ex his plurimum lucis ad Scripturarum sensus, & animi conceptiones ad mores mutatus sum. Habes, ni fallor, hæc enus quid velim inscriptione illa, sive titulo, SCRIPTURÆ SELECTÆ, Variis Translationibus, ac Sanctorum Patrum Sententiis, Saecrorumque Interpretum tum veterum, tum recentiorum expositionibus elucidatæ.

Hoc autem veluti genus ad aliquam, ut par erat, materiæ speciem restrinxi, non Scripturæ, nullo servato ordine, vagarentur. Sed quamnam Congregationis Oratorij Presbyter ad Prædicatorij Ordinis alumnum, mox mox, Deo dante, Prædicatorem, seligerem magis, quàm eam, quæ me plus deceat, ac te oporteat, ORATIONEM videlicet? ista sunt onera filiorum Caath, (Hebr. Congregationis) super quos erit Eleazar, Hebr. Dei adiutorium, filius Aaron, Heb. Montis, sive montani, aut docentis, sive conspicientis (commune utriusque nostrum munus significant) ad ejus curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositiones incensum, & sacrificium, quod semper offertur, & oleum unctiois. Et in Exodo: Oleum ad luminaria concinnanda; vel Hebr. & Græc. Oleum ad lumen, vel illuminationem & ex energiâ, & vi dictionis Hebraicæ, Oleum ad calorem, refectilationem, gratiam, lætitiâ, vitam, ac omne bonum. Semen hamahor, quasi oleum gaudij, oleum lætitiæ, caloris, refocillationis, gratiæ, vitæ, omniumque bonorum, quæ cuncta ab orationis lumine proveniunt: quod certè lumen ex septem lucernis, sive sphaerulis, sive orbibus omne bonum per orationem haberi demonstrabat. Quod innuere videtur Job, dum ait: In manibus suis abscondit lucem, & præcepit ei, ut rursus adveniat; vel juxta alios, ut pluat propter orantem, quasi omnia bonorum pluviam per ipsam orationem.

nem excipiamus. Idem optime sanctissimus ille juvenis, Regum aliquando futurus Daniel. Concionator intelligebat, qui mori voluisset potius, quam rridud duntaxat arceri ab *Quatio Da-* oratione. Egregie hoc percepit Chrysof. *Nec enim, inquit, hoc ab eo exigebat Rex Per-* nieli *vita* *farum, ut impietatem admiseret, tantum illud observabat, si quis intra triiduum quicquam pe-* charior. *Sed Propheta ne tan-* Chryf. lib. 2. *tulum quidem temporis sustinuit ab orando cessare, propterea quod nisi Deus propensus sit in nos, De oran-* *nihil omnino bonorum in animas nostras venire possit: Dei vero propensio simul adjuvat labores Deum 1.5.* *nostris, hosque pulchre subleuat, si conspexerit nos amare precandi studium, si continenter orare Orandi stu-* *Deum, si viderit expectantes omnia bona nobis illinc defluxura. Et subdit: Itaque, cum vides dium amantes* *quempiam non amantem orandi studium, nec hujus rei servidam, vehementique curam teneri, conti-* *Deus suble-* *nuo mihi palam est, eum nihil egregie dotis in animo possidere. Rursus, ubi quem conspexero, in-* *vat.* *fatiabiliter adhaerentem cultui divino, idque in summis damnis numerantem, si non continenter Orandi studium* *oraverit, conjecto talem omnis virtutis firmum esse mediatorem, ac Dei templum,* *non amans*

Libro vero secundo de orando Deum, ut orationis necessitatem declaret: *Si te ipsum, omnis boni* *inquit, desit ueris precatione, perinde feceris, ac si piscem ex aquis extraxeris, ut enim, pisci vita est inops,* *aqua, tibi deprecatio. Ex defectu autem orationis concionando frige fecim.* De vero Concio- *Orare qui* *natore. Eccl. Aperiet os suum in oratione, & mox: Et ipse tanquam imbres emittit eloquia sapientia amat, virtuti-* *sua. Et rursus: In oratione consistebitur, hoc est gloriam dabit Domino. Is enim vere Deo dat tum mediator* *gloriam, qui ante concionem, & post concionem orat Quare August. de Ecclesiastico Do-* *est, ac Dei* *ctore. Sit orator, inquit, antequam dicatur, & priusquam exorat proferentem linguam, ad Deum templum,* *leuet animam sitientem, ut eructet, quod biberit, vel quod impleverit fundat. Idcirco, ut opi-* *Oratio homini* *nor, Sancti Patres nostri, Dominicus, & Philippus, orationis studium nobis tantoper* *vita, ut pisci* *commendarunt, quibus illud optime mihi videtur congruere, quod dixit idem Chry-* *aqua,* *sof. Duplici nomine par est Dei famulos, & laudibus vehere, & suscipere. Primum, quod Eccl. 39.* *spem salutis in sanctis precibus collocarunt, deinde, quod laudes, reliquosque cultus intercidero Pradicator* *passi non sunt, sed literis prodita superesse voluerunt, quod suum thesaurum in nos veluti heredi-* *orationis ne-* *taria successione, transfuderent: quod videlicet, omnem posteritatem ad sui provocare possent gligens idem* *emulationem.* *frigidus.*

His itaque permotus, ut jam plura non addam, hanc potissimum materiam præ- *D. August.* *elegi. Sed nunquid de ea tantummodò scribendum erat, ac non etiam de aliis sacris lib. 4. de de* *epifodiciis, ex cã tamen enascentibus, materiis: Sunt etenim aliqua, quæ ex ipsa veluti doctrin.* *Christo* *sponte enascuntur: sunt quæ ad eam maximè faciunt, quæ eam comitantur, quæque* *sui cap. 15.* *eiusdem præcipua materia sunt. Et de his omnibus eo ordine, ut omnia, quæ pertina-* *Sit orator an-* *ctantur, aliqua ratione respiciant orationem, cui tanquam primariæ veluti famulentur. requam dicor.* *Epifodia sunt utique longiora, sed si peccatum in arte, sit lucrum in ipsa re, de quã agi-* *Scriptis suis de* *tur. Rei torius unitatem, aut divisionem ipse tibi Elenchus materiaram, Puncto-* *Ecclesiã bendi* *rumque demonstrabit. Nullus autem est (recte Plinio) tam malus scriptor, ex quo ali-* *meriti Patres.* *qua hauriri non possit utilitas, modò lectorem idoneum, & ut ait Chrysofomus bene* *Chryf. l. 1. de* *affectum nascatur. Novit apicula vel ex amaro florum genere mel suavissimum* *orando Deum.* *educere. Novit Virgilius aurum colligere ex stercore Ennij. Tu propter mearum im-* *Arist. in poët.* *perfectioinum scortiam aurum ex auro non colliges?* *615.*

Stylus, fateor, quo usus sum, idem prorsus, qui currenti calamo ad manum est, *Tull. in 1.* *dilucidam saltem breviter referens: impolitus sanè, sed res nostras, ut ille dixit,* *tusc. quest.* *cum nostris ipsi legimus, ac propterea non ex flumine Tulliano, ut ait Hieronymus* *D. Hier. epist.* *eloquentiæ ducendus est rivulus, nec aures Quintiliani fofeulis, & scholari declama-* *ad Damaf.* *tione mulcenda: pedestris, & quotidianæ similis oratio necessaria est, quæ rem expli-* *et, sensum edisserat, obscura manifestet, non quæ verborum compositione frondeat.* *Scripturas, non elocutiones selegi, ut Scripturis animam imbuas, quò sanctus, non di-* *fertus evadas.*

Psalm. 118.
 Scriptura va-
 rio consilio le-
 gitur à variis.
 Hugo Car.
 Eccl. 3.
 Matth. 13.
 Prover. 23.
 Gal. 2.
 Ioan. 5.
 1. Tim. 4.

Et quia nihil dilucida brevitate jucundius, en dilucidè, ut spero, & breviter penè
 innumeræ Scripturarum sententiæ tibi conscriptæ sunt, ut eas in sœcum, sanguinem-
 que tuum convertas, quod earundem assidua meditatione facilè consequeris. *Thesau-
 rus desiderabilis in ore sapientis, stulti autem devorant illum.* Beati, qui scrutantur testimonia
 ejus. Ubi egregiè Hugo Card. Bene dicit, *scrutantur*, in quo notatur difficultas Scri-
 pturæ, & diligentia inquirentis. Plures autem sunt, qui serutan: ut, ut sciant, hæc est
 curiositas: *In pluribus operibus ejus non sis curiosus.* Ut laudentur, hæc est vanitas: *Amant
 vocari ab hominibus Rabbi.* Ut lucentur, hæc est cupiditas: *Noli vendere sapientiam.* Ut
 pervertant, ut Hæretici: *Subintroierunt falsi fratres.* Ut ædificentur, hæc est prudens hu-
 militas: *Scrutamini Scripturas.* Ut ædificent, hæc est charitas: *Attende lectioni, exhor-
 tationi, & doctrinæ.* Sunt autem quidam qui scrutantur testimonia legis divinæ, non ut
 secundum illam vivant, sed ut docti appareant, ut ambitiosi, & cupidi. Alij, ut calu-
 mniantur, ut hæretici. Et hi non sunt beati, sed illi qui idèd scrutantur, ut ibi Deum, &
 ejus voluntatem inveniant, & cognoscant, unde subdit: *In toto corde exquirunt eum*, ut
 scilicet per testimonia ejus in cognitionem ipsius veniant.

Et hac intentione. Scripturarum sacrarum lectioni vacandum, quam ego so-
 lam intentionem à Deo Opt. Max. enixè deprecor, tum in Commentariis, quos ad li-
 teram, & ad mores in priorem, ac posteriorem D. Petri Epistolam meditor, tum in reli-
 quis, quæ Deo dante, ac vita comite, meditaturus, dicturus, scripturus ve fuero: puto
 etenim, quod reliquum vitæ fuerit, sacrarum Scripturarum lectioni (qua nihil certè
 melius, sanctius, utilius) me penitus penitusque dicare. *Mella mea, verba tua, delicia mea,*
scriptura tua, tantum munda cor meum, & labia mea, ne fallar in eis, nec fallam ex eis. Augu-
 stinus. Vale. Datum Fani. Idibus Junij, M. DC. XXV.

August. lib. II.
 Conf.



AD